

Magnifico Viro
D. Simoni Stenio
Academiae Rectori.

Salutem. Magnifice Domine Rector: Historiam
Socroneni Graecam non habemus: forte nec in Palati-
na Bibliotheca reperietur. Centuriatorum allegatio
mihi quoad suspecta est, et magis congrua ratio in
versione Christophori, quam et ego habeo: ideo misit
tutos poenitentiarios, ut per Oratorem tuum Augustina
ta facile de confessionem istam fuisse avertita,
larem. Sed nihil ad Pontificiam. Nam primò con-
stat ex Socrate, eam ante Decianam persecutionem
non fuisse, sed eius occasione demum institutam, pro-
pter Novatianos, volentes recipere à Baptismo
relapsos ad Paganismum. Unde colligo, non pro quibus-
vis peccatoribus, sed tantum pro lapsis in fide instituta
tam fuisse. Et suspicor nobilem illam feminam primò
similis lapsus eam fuisse, postea quoque stuprum sibi
à Diacono in templo oblatum confessam esse, et ab-
rogationi castam praebuisse. Vide Socrat. lib. 5. cap.
19. Deinde post abrogationem idem Socrates te-
stat, Canonem et morem sic confitendi, tantum
sectis aliis fuisse retentum. Denique in Romana Eccle-
sia Socroni ritum poenitendi multò describi diversum,
et Deo bene, quam ridiculum. Vale eos taxata ex
meo Museo 24. Jan. 1598.